



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

5 An pecces sequens conscientiam errantem, si dictet vtramque partem
contradictionis esse malam?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

Disp. I. Punct. IV. & V.

*Salas ibi, q. 21. tract. 8. disp. v. sed. 3. n. 33.
et tract. 3. n. 4. ed. 3. n. 3. §. regas veram. Anton. Perez certa.
ro. schol. n. 19. Man. Rodig. 1. sum. c. 71 fine. 2. edit. Ratio,
qua voluntas appetens militiam in communi non appetit ma-
litiam excedentem culpam venialem, alias si excederet, non est
venialis, & mortali communis.*

*6 Ego vero dicendum existimo, et si supradictæ senten-
tiae probables sint, probabilius esse in supradictis casibus pec-
catorum mortale reperiri. Et quidem, quando voluntas nullum
speciale obiectum amplectitur, sed solum in genere vult, sic
probabo, quia tunc voluntas quantum est ex le mortale ample-
ctitur, cum ad mortale, & veniale indifferens sit. Neque ob-
iectum ex parte obiecti militiam in communi maiorem non esse
malitia venialis determinare: quia sufficit quod indeterminate
naturam, ut siquidem mortalem comprehendit, & ratione hu-
ius indeterminationis voluntas illam militiam amplectens, de-
bet confessi mortalem amplecti. Quod si voluntas in obiectum
venialiter malum feratur, neque cognoscens eius modicam
militiam, sed solum cognoscens esse malum abique distin-
zione militia mortalis, vel venialis, etiam probabilius existi-
mo fote mortale: quia illa voluntas iam se exponit amplecti
peccatum mortale per accidens enim fuit, quod obiectum ve-
niale solum est, eodem enim modo illud amplectetur, si
mortale fuisse. Et confimus cum amplectens obiectum venia-
liter malum, dubitans an sit mortale, peccatas mortaliter secun-
dum omnium sententiam, qui te exponit peticulo mortale
committendi. Sed quando tibi representatur obiectum mili-
tiam, & prohibitum, neque distinguisti an sit mortale, vel ve-
niale illud amplectens, iam quantum est ex tua voluntate, pe-
ccato mortale committendi te exponis. Ergo. Et ita ex com-
muni sententia supponit Ioan. Sanchez in *select. disp. 18. n. 1. &*
edicta. Thom. Sanchez. 1. in Decal. c. 1. n. 9. Bonacina disp. 2.
*de peccatis. q. 2. punt. 3. n. 24.**

PUNCTVM IV.

An sit peccatum agere contra conscientiam non
actu errantem, sed habitu.

- 1 *Explicatur quæstio.*
- 2 *Plures affirmant se peccare, quoties non revocasti primum er-
roneum dictamen.*
- 3 *Probabilius est oppositum.*

*1 V*erbis gratia, et rati exstimas esse peccatum huius can-
onicum, vel physican audire ex huiusmodi errore phy-
sicam audiis, immemor conscientia errantis, & dictans esse
peccatum. Item erratis, vincibiliter putatis in hac hebdomada
nullum esse diem festuum, vel ieiunij, cum tamen sit, ad-
veniente die festo, vel ieiunio, Missam, vel ieiunium omisit,
quoniam tibi dubium occurrit esse diem festuum, vel ieiunij, pec-
cas omisit Missam, vel ieiunium.

*2 Affirmant plures se peccare, quoties dictamen prius non
revocasti, quia tale iudicium cum removat non sit, moraliter
manere censetur. Med. 1. 2. q. 19. art. 6. vers. sed rursum. Rodig.
q. 1. tom. sum. cap. 71. n. 2. Villalobos tom. sum. tract. 1. diff. 2.
n. 2. Hæc tamen sententia limitatur à Medina, dummodo di-
cumentum rationis antiquum non fuerit, quia quod antiquum est,
non censetur manere.*

*3 Probabiliter existimo contrarium, nempe in re physica
audienda, vel in omissione facti, aut ieiunio non peccatum
actu, nisi actu sic conscientia dictans esse peccatum, vel actu
dubites de eius obligatione: ita A. Zor. tom. 1. in finit. moral. lib. 2.
cap. 8. 9. 10. Vazquez disp. 6. cap. 3. fine. Salas disp. unica. sed. 3.
n. 9. Thom. Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 11. n. 7. Probat. Opera
illa extrema nequam possumi oīti à voluntate, & iudicio
præterito, cum neque illa voluntas neque iudicium præteritum
adit, neque aliquis effectus ab illis productus, qui opera ex-
terna cauerit. Ergo non possunt in illis operibus militiam ali-
quam derivari. Confutatio. Ideo cum venenum tribus alii-
quo vita illius prius, ceteris homicidium committere, etiam
si doles antequam venenatus est vita dicendas: quia illa volun-
tas antiqua occidendi in aliquo effectu manet. At in presenti
illa intentio procedens non audiendi Missam, & iudicium er-
ranti de obligatione, non manent in se, neque in aliquo effectu.
Ergo. Secundo si actus censetur manere mortaliter, & denomi-
nare opera subleuantem, dum non retrahatur. Ergo infidelis
qui omnia sua opera in honorem idoli referret, peccaret sem-
per peccato infidelitatis, quod videtur absurdissimum.*

*Relpondet Med. Primo non peccare. Nam exercendis aliquod
ogni opus, v.g. elemosynam ob subleuantandam pauperis mis-
eriam, voluntatem priorem censetur retrahere.*

*Secundo respondet. Simil dum tempus præcessit, non est
censenda manere mortaliter. Sed utramque solutionem optimè
impugnat Salas supra. Prima enim state non potest. Non enim
potest censeri infidelis retrahere priorem voluntatem, quia vult
omnia sua opera in honorem idoli referret; ex eo quod opera*

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. 1.

*ex obiecto misericordia, vel iustitia exerceat, cum hæc exerci-
tatio, & intentio contraria non sit priori voluntati. Secunda e-
tiam solutio non subsistit, non enim dilatio præcisè persecutan-
iam moralem iudicij & voluntatis potest auferre.*

PUNCTVM V.

An pecces sequens conscientiam errantem, si di-
ctet utramque partem contradictionis
esse malam.

- 1 *Proponitur punctus controversie.*
- 2 *Resolutur nullum peccatum in supradicto casu committi.*
- 3 *Proponitur quedam obiectio.*
- 4 *Solutur.*
- 5 *Quid inde inferatur.*

*1 Ponitus te invincibiliter errare, obligatum esse audire
Missam, cum infirmum curas, & invincibiliter errare ex-
istimans peccate, si infirmum deseras ob Missam audiendam. Item
ex illo excommunicatus, neque potes ab excommunicatione ab-
solvi, si credis si audis Missam peccare, si illam omisisti etiam
peccare, committisse peccatum cuiuslibet partis electione.*

*2 Breueri dicendo existimo cum Thom. Sanchez lib. 2. in 6.
Decalog. cap. 11. num. 14. Ioan. Sanchez select. disp. 4. 1. n. 27. fine.
Adrian. quæst. de restitu. que incipit: quia dictum est. Man. Rodr.
2. tom. sum. cap. 5. 1. n. 6. in tali calo nullum peccatum committi,
quia non adit libertas sufficiens ad peccatum: cum enim una
ex illis contradictionis sit tibi necessariò eligenda, & in illa
repræsentetur peccatum, iam peccatum erit necessariò eligen-
dum: quod est absurdum.*

*3 Dices. Esi vnam ex illis contradictriorum est mihi necessariò
eligenda: at cum vnam determinate eligo, liberè eligo, po-
tem coi illam omisire, & contrariam eligo. Ergo peccato
amplectens illam, credens esse malam. Et confumo. Si præ-
determinatus essem, & necessarius ad obedientiam Deo præsta-
dam, qualiter Christus Dominus dicerur necessarius fuisse
obedire suo æternō Patri: tamen huic, vel illum actum, liberè
exercerem, sufficiens libertas adficeret ad meritum. Ergo simi-
liter ad demeritum sufficiens libertas ad hunc, vel illum actum
determinat, etiam cum necessitate ad vnum ex illis.*

*4 Respondeo te liberè eligere vnam ex illis partibus
contradictrioris, nego tamen inde peccatum: non enim
sufficit ad peccatum amplecti malum, quod determinate vi-
tari potest, sed necessariò requiritur amplecti malum, quod
etiam æquivalenter vitari possit. At in supradicto calo esti
vnum malum euites, aliud æquè malum tibi est necessariò eli-
gendum. Ergo illud malum quod eligis, non potes facere æ-
quivalenter vitare. Ad confirmationem die non sufficere ad
meritum libertatem ad hunc, vel illum actum obedientiam, si
verque est æquè bonus, quia non es dignus laude, eliciens
vnum si alium æquè bonum teneris eliceret in Christo Domi-
no, etiæ determinatio esset ad bene operandum, ut quia erat
libertas ad plures actus inæquales, idem meritum in illis recte
confitui potest.*

*5 Ex doctrina à fortiori inferatur, hominem carere de-
tentum, & exiftimamente peccare non audiendo Missam, nequa-
quam peccare. Quia illa omisso facere non est libera illo modo.
Neque illud iudicium causa est illius omissionis, cum omisso
causa alii extrinsecus procedat. Solum enim est iudicium
speculativum falsum, quo iudicas in tali omissione esse pecca-
tum, cum tamen non sit, et ita tenet exprestè Ioan. Sanchez. suprà.
Thom. Sanchez. n. 3.*

PUNCTVM VI.

Expediuntur aliquot leniores difficultates de con-
scientia errante.

- 1 *Sime maius peccatum sequi conscientiam errantem vincibi-
liter, quam illam non sequi.*
- 2 *Resolutur aliquando esse granum, aliquando leuius.*
- 3 *Idem dicendum de operante contra conscientiam errantem
vel contra præceptum superioris.*
- 4 *Sime obedientium conscientia erranti, vel superiori contra-
rium præcipienti.*
- 5 *Non potes pro libito conscientiam errantem depонere.*

*1 Prima difficultas, an sit maius peccatum sequi con-
scientiam errantem vincibiliter quam illam non sequi, polito
te nolle diligenciam facere, vt deponas?*

*2 Relpondeo aliquando esse granum peccatum, aliquando
leuius, pro materia gravitate, vel levitate. Si enim existimat
debet mentiri, vt vitam alterius conservet, & omittat, peccas
mortaliter, cum tamen in mente venialiter tantum pecca-
tes; si tamen existimaste debere furari, ad elemosynam alicui*

A 2 pauperr.

DE
CASTRO
PALACI
TOMI
II. III.
E